





Q.K. 237, n.

ORATIC  
DE VITA REVEREN<sup>E</sup>  
tui Domini Iohannis Bugenhagij, Pomerani, qui fuit Pastor Ecclesiæ Dei in oppido Saxoniæ VViteberga, & Lector in Academia annos sex & triginta, recitata a Petro Vincentio Vratislaviensi, Decano Collegij Philosophici, in renunciatione gradu Magisterij Anno 1558. die quarto Augusti.

VVITEBERGAE.  
ex officina typographica  
Viti Creutzer.





INCLYTO ET ILLV-  
strissimo Principi, & Domino,  
D. Philippo Stetini & Pomera-  
niæ, Cassubiorum & Heneto-  
rum Duci, Principi Rugiæ,  
& Comiti Caycorum &c.

Domino suo cle-  
mentissimo.



NCLYTE Prin  
ceps, D. clemen-  
tissime, Cum de  
uita Reuerendi ui  
ri D. Iohannis Bu  
genhagi Pomera-  
ni, Pastoris quondam Ecclesiæ  
Vuitebergensis optime meriti,  
vievq; defuncti, nuper orationem  
testaticem gratitudinis erga ip-  
sum nostræ & pietatis, in publi-  
co Academię cōfessu habuisse,  
placuit eandem typis euulgatam  
mittere

3999

mittere honoris causa ad tuā in-  
clytam celsitudinem , quod sci-  
remus, & illustrissimæ celsitudi-  
nis tuæ iudicium grauissimum,  
de huius uiri sapientia, eruditio-  
ne, pietate, fide, meritis, con-  
stantia, & multis magnis uirtu-  
tibus , quibus erat ornatus , &  
Ecclesiæ Dei laudabiliter serui-  
uit, cum nostro congruere , &  
beneuolentiā erga illum tuam  
nihil imminutam fuisse, propter  
improbas maleuolorum allatrat-  
iones, quas, ut alij pīj, & præ-  
stantes doctrina, fide, & meritis  
in rempublicam viri, ita hic etiā  
sanctus senex in summa officij  
fide, vitæ innocentia, & mode-  
ratione ac pacientia pia, non po-  
tuit effugere atq; euitare . Tan-  
ta uis est in calumniæ & male-  
dicienziæ cupiditate, cum semel  
ei por-

ei porta patefacta est in ambitione & uirulentia flagrantibus animis, ut nulla deinceps pietatis, non fidei, non communatum, non innocentiae, non sexus, non ætatis, non Dei, non hominum ratio habeatur, aut respectus: presertim auræ popularis flatu ad tempus, ut fit, accedente, tum uero illa, non aliter quam Virgiliana fama,

*Parua metu primo, mox sese attollit in auras  
Inrediturq; solo, et caput inter nubila condit.*

Sed in pastore nostro, quem uerè adfirmare possumus, quod Comicus de sene honesto dixit, uirum fuisse antiqua uirtute & fide, ea animi ad Deum erecti semper alacritas & magnitudo fuit, ut ridens contemneret allationes tales, ac sæpe diceret, nihil se metuere manifestorum

A iij menda,

mendaciorū criminaciones, quæ  
sua uanitate et leuitate etiam na-  
scentes, ut uento sumus dispelli-  
tur, uel non locum inuenturæ  
apud honestos, & uere timentes  
Deum homines, qualibus ab ine-  
unte ætate se suamq; doctrinam  
probasset temporibus etiam pe-  
riculosis, sapientum uero & bo-  
norum etiam confirmaturæ essent  
beneuolentiam. Quæ uel diui-  
natio, uel spes de prestantibus  
Principibus & gubernatoribus,  
tum Ecclesiarum, tum rerumpu-  
blicarum per Germaniam ipsum  
minime frustrata est. Nam eorū  
non parum multi singularem uo-  
luntatem suam erga pios Ecclesiæ  
doctores, & in doctrina recte ex-  
plicata confessionem adproba-  
tionemq; subinde priuatim pub-  
liceq; declarauerunt: Quorum  
in nu-

in numero Inclyte & Illustrissime Princeps Philippe, Domine clementissime, quem locum teneas, non est necesse dicere, cum sit manifestum & publice notum, uel ex eo, quod fontes ac ueritatem cœlestis doctrinæ, & liquidissimum de ea inter bonos & pi os consensum, in tuis ditionibus nunquam passus es, aut illuuie, cœno, & sordibus improbarum suggillationum turbari & conuelli, aut uenenatæ maledicentiæ contagio infici, aut futilem contentionum uirulentia conspu atq; fœdari.

Tuam uero mirificam clemenciam, & sapientis atq; excelsi animi singularem gratiam & propensionem, cum erga alios Ecclesiæ Vuitebergenfis alumnos, tū erga illius Pastorem, in tua Po-

A 4 merania



rania natum , Doctorem BUGENHAGIVM, cum alias se-  
pe multumq; ostenderis, quoad  
ille in hac uita mortali superstes  
fuit, tum uero ex pijs, eruditis &  
sapientibus sermonibus Inclytæ  
& laudatissimæ Principis ac do-  
minæ , generosissimæ Coniugis  
tuæ, Dominæ MARIAE Sax=   
oniæ & Pomeraniæ &c. Ducif=   
sæ, cum illius celsitudo anno su-  
periore hac iter faciens, cum reue-  
rendo Doctore Bugenhagio ali-  
quot nostrum ad colloquium ac  
prandium clementer seuocasset,  
ipsi quoq; mihi coram licuit cum  
magna uoluptate cognoscere .  
Eorum ergo sermonum, qui ul-  
tro citrōq; habebantur, pleni cle-  
mentiæ & benignitatis, eodem fe-  
re tempore, quo hæc scribeba-  
mus : & uerò constantis gratiæ  
tuæ

tuæ erga Bugenhagium , & nos  
omnes iucunda recordatio, inci-  
tatrix mihi fuit , ut has nostras  
quasi Exequias, & ultimum offi-  
cium erga pios optimi Pastoris  
nostrí manes, publica dedicatio-  
ne celsitudini tuæ consecrandū,  
& hanc breuem vitæ ipsius com-  
memorationem, Illustrissimi no-  
minis tui adscriptione, ornandū  
putaremus . Quod sane nolim,  
ob ullam aliam causam a me stu-  
diosius factum uideri, quām ut et  
Patronum haberent manes Bu-  
genhagi contra maleuolos ob-  
trectatores , illustrem , unde &  
orationi nostræ splendor aliquis  
accederet, & ut meam erga Illu-  
strissimam celsitudinem tuam, et  
ut Principi uiro, & ut meo etiam  
Principi, debitam, cui in Acade-  
mia Gryphesuualdensi annos sex

A v ante

ante decenniū seruiui, à Doctore  
Bugenhagio ad Celsitudinem tu-  
am missus, qualicunq; hoc dedi-  
cationis officiolo, ueterem obser-  
uantiam, pietatem & gratitudi-  
nem meam probarem. In eamq;  
partem, quidquid huius a nobis  
fit, ab illustrissima Celsitudine  
tua clementer acceptū iri quem-  
admodum confido, ita uehemen-  
ter & cum conueniente humili-  
tate etiam atq; etiam oro. Datæ  
VVitebergæ pridie idus Augu-  
sti, Anno 1558.

Die natali Incliti & serenif-  
fimi Regis Daniæ & Noruegiæ,  
**CHRISTIANI** &c, qui cum  
uere sit, quod dicitur Christia-  
nus, pio consilio & uero de pieta-  
te Bugenhagi iudicio ab eius po-  
tissimum castis manibus Coro-  
nam regni & suo & Inclitæ Re-  
ginæ

re  
us  
i-  
r-  
i-  
q-  
is  
ie  
-  
n-  
i-  
æ  
-  
e,  
n-  
-  
-  
-  
-  
-  
-  
ginæ capitibus uoluit in solenni  
pompa imponi.

Filius Dei Dominus noster  
Iesus Christus, qui uoce Euan-  
geliū colligit sibi ex genere huma-  
no Ecclesiam, in qua uult etiam  
Principes aliquot esse, & Nutri-  
tores et mēbra ueræ Ecclesiæ suę  
cum Inclytum Daniæ Regem ac  
Dominum, Dominū Christia-  
num tum Illustrissimam celsitu-  
dinem tuam cum uicinis Princi-  
pibus & Ecclesijs a Bugenhagio  
Doctore magna ex parte consti-  
tutis clementer regat & seruet,  
ad nominis sui gloriam, & mul-  
torum hominum salutem in agni-  
tione vnici saluatoris Domini  
nostrī Iesu Christi, cui foli cum  
Patre & spiritu Sancto, uero &  
omnipotenti Deo, cœli & terræ,  
Angelorum, & Hominum ad  
imagi-

imaginem suam, & immortalita-  
tis societatem Creatori & Re-  
demptori sit gloria, laus, honor,  
gratiarum actio, & triumphus  
seculis sempiternis Amen.

Inclytæ vestræ celsitudinis  
addictus,

Decanus collegij Philo-  
phici in Academiæ  
VVitebergenſi,

Petrus Vincentius,  
Vratislauiensis.

ORATIO

ORATIO DE VITA  
Reuerendi uiri Domini Iohannis Bugenhagij Pomerani Theologiae Doctoris, & Pastoris Ecclesiae VVitebergensis, a Petro Vincentio Vratislauiensi, Deacono collegij Philosophici, habita.



RATIAS AGO

Deo æterno Patri domini nostri Iesu Christi, Creatori cœli & terræ, & Angelorum & hominum, una cum filio suo coæterno & spiritu Sancto, quod clementer nos seruat & protegit, & præbet doctrinarum lumen, Et toto pectore eum oro, ut semper inter nos sibi æternam Ecclesiam colligat, & protegat & gubernet nos, ut salutaria doceamus & discamus, nec fingamus, aut stabiliamus ullas perniciosas opiniones. Ad hanc meam orationem

rationem & uestra uota adiungite, &  
petite, ut filius Dei summus Sacerdos  
noster sit, πρεσβευτής perferens nostram  
precationem ad æternum Patrem.

Recte autem institutum est, ut in  
his congressibus Oratio habeatur, uel  
de aliqua parte doctrinarū, uel de ex-  
emplis cognitione dignis. Cum igitur  
de argumento deliberarem, & in hoc  
recenti luctu adhuc imago Reuerendi  
uiri Iohannis Bugenhagi Pastoris Ec-  
clesiæ nostræ oculis & mentibus no-  
stris obuersetur, non aliud Argumento  
tum anteferendum ipsius historiæ cen-  
sui, quæ & de doctrina iuniores multa  
monet, & exempla continet uitæ utilia.  
Cumq; in hanc ætatem inciderit muta-  
tio Ecclesiarum insignis, plurimum re-  
fert posteritatis, scire quales fuerint,  
qui doctrinam emendarunt, & initio  
propagauerunt, et quorum Principum  
& gubernatorum studijs adiuti sint, ne  
coeco multitudinis impetu recepta do-  
ctrina putetur. Extant fragmenta cer-  
taminum ueteris Ecclesiæ, quæ etsi sunt  
exigua,

exigua, tamen de multis magnis rebus  
confirmant pios, Ut apud Ireneum &  
Tertullianum, qui antecesserunt Syno-  
dum Nicenam ferè ducentos annos,  
leguntur illustria testimonia περὶ λόγου,  
Apud Clementem refutatio est illorū,  
qui coniugium prohibuerunt, & sunt  
insertæ dulcissimæ narrationes. De  
recipiendis lapsis redeuntib. ad pœni-  
tentiam confirmamur testimonio Petri  
Alexandrini, qui Meletio aduersatus  
est. Ac optarim maiore cura, eruditio-  
rum & piorum historias præsertim eas,  
in quibus certamina doctrinæ narrata  
sunt, conseruatas esse. Has legi multò  
utilius esset, quam recentium Pontifi-  
cum consilia, qui ut suam tyrannidem  
stabilirent, bella mouerunt, quæ in Ita-  
lia & Germania magnas uastationes fe-  
cerunt. Nobis uero in Academij  
præcipue curæ sic posteris tradere do-  
ctrinæ testimonia in historijs eruditio-  
rum & piorum, qui Ecclesiæ & studia  
gubernauerunt. Quare de uita nostri  
Pastoris hanc narrationem bona fide  
collegi, quam pñs gratam & posteris  
unilem fore iudico.

Etsi



Etsi autem Basilius inquit, de sanctis  
Etsi non opus esse commemoratione  
Patriæ, quia una sit communis Patria  
omnium nobilissima, Ecclesia, tamen  
sciri prodest maiorum disciplinam, ex  
quibus quisq; natus est. Primum igitur  
de Patria nostri Pastoris dicendum est.

In littore germanico ad Oceanum  
Arctoum, inde usq; à flumine Vistula,  
quod notum est, uersus occasum ad  
urbem Sundium longa regio est, quæ  
nunc Pomeraniæ nomen habet, fere  
mediam influit Viadrus, quæ multis  
rebus ad uitam necessarijs ita abundat,  
ut alijs gentibus multis frumenta, pe-  
cudes, & pisces uendat. Quare & ma-  
gnis & opulentis urbibus ornata est, in  
quibus nisi Leges honestæ seuerè de-  
fenderentur, multitudo tranquilla esse  
non posset, nec commercia cum pere-  
grinis esse possent. Principes igitur  
& Magistratus iusticiam constanter  
tuentur. Et cum sint Ecclesiæ ibi Dei  
beneficio recte constitutæ, amantur  
etiam cæteræ uirtutes, Vera Dei inuo-  
catio;

catio, Coniugiorum fides et modestia,  
Sunt ibi & doctrinarum studia. Est uero & in ea regione magna frequentia  
Nobilitatis, in qua multi nunc quoque  
usu militiae clari sunt, multi uirtute &  
opibus ornati domi consilia publica  
regunt. Nec in ulla parte Germaniae  
plures ex Equestri ordine doctrinas  
intelligunt, quam ibi. Fuisse eam re  
gionem olim gentis Sueuicæ sedem ex  
Cornelio Tacito intelligi potest. Est  
autem & Sueuica gens, ut Daci & Sacæ,  
quibus uicina fuit, ex Asia ad hoc littus  
paulatim progressa. Fuerunt enim in  
Asia Syeui, unde sunt Suedi Suiones  
& Sueui. Permixti his & Heneti fue  
runt, qui magnam oram in eo littore  
compleuerunt & adhuc tenent. Horum  
pars Sidini fuerunt, à quibus, Stetini,  
appellatio reliqua est. Non procul à  
Stetino oppidum est Iulinum, ubi in  
fluit Viadrus in lacum, qui effunditur  
in Oceanum, & portus est cōmodissi  
mus. Quare ibi propter mercatum  
fuisse olim aiunt amplā urbem, quam  
**VENETAM** nominant, & ruine ad  
B huc

huc cernuntur. Nec miror id nomen  
ibi celebre fuisse, cum certissimum sit  
ibi Henetos & fuisse & esse. In eo op-  
pido Iulino natus est Iohannes Bugen-  
hagius in familia honesta & senatoria,  
die lunij 24 Anni 1485. anno ante  
Maximiliani Coronatiōem. Et naturae  
robur significat coniunctio Saturni &  
Iouis in Scorpio. Simul autem & dos-  
mestica disciplina & scholæ consuetus-  
dine Bugenhagius in puericia ad Chris-  
tianam κατηχεσιν adsuefactus est, &  
cum Grammaticen & Musicam didi-  
cisset, in Academiam Gryphesualdensis  
sem missus est. Ibi & Tyrocinium lin-  
guæ latinæ melius habuit, & Dialectis  
& Elementa Physices didicit.

Erat natura non solum capax do-  
ctrinæ, sed etiam auida, & accendebat  
auiditatem tempora, quia iam Hegij  
Dauentriensis, & Rodolphi Agricolæ  
& Hermanni Buschij scriptis taxata  
erant Soloeca priorum temporum, &  
reuocabatur iuuentus ad diligentiam  
rectius loquendi, Semina etiam græce  
linguæ

linguae spargebantur. Hæc uelut auro-  
ra doctrinarum bonis ingenij sicutum  
dissima erat. Flagrabat igitur adoles-  
scens studio descendit, & cupide lege-  
bat veteres linguae latinae Scriptores,  
& se in scribenda soluta oratione, & in  
componendo carmine exercebat. Cū  
iam uigesimum annum attigisset, in op-  
pido Trepta docere iuuentutem cepit,  
Vbi, quia linguae latinae exercitia meli-  
ora erant, quam in alijs scholis, fama  
frequentiam scholæ ipsius augebat.

Cum autem adolescens studiose dia-  
dicisset Elementa doctrinæ Christianæ  
quantum tunc potuit, & haberet initia  
earum uirtutum, quas filius Dei voce  
Euangelij & Spiritu sancto accedit,  
libenter & adsidue legit scripta Prophé-  
tica & Apostolica, & adhibuit enarra-  
tiones Hieronymi & Augustini, & mi-  
scerat precationem, qua se doceri &  
gubernari petebat, & uera pietate Deum  
colebat. Accesserunt & Erasmi lucu-  
brationes, quæ taxant Monachorum  
histrionicam, & statuarum adorationes

B ij similes

similes Ethnicis. Cum igitur fontes  
legeret & ueritatem quæreret, non fuit  
labor irritus. Fugiens illa tetra specta-  
cula inuocationis hominum mortuo-  
rum, Regulam toto pectore amplexus  
est, DOMINVM DEVM tuum a-  
dorabis, & illi soli seruies: Et intellexit,  
Deum non uelle colii histrio nica exte-  
norum gestuum, Sed ijs uirtutibus, de  
quibus ipse inquit. IN PRAECE-  
PTIS meis ambulate. Ut igitur &  
auditores ad ueram pietatem flecieret,  
enarrare Matthēum, & Epistolā ad Ti-  
motheum, & Psalmos in scholis cepit,  
Et κατίχησε, iuuentuti tradidit, in qua  
Symboli & decem Præceptorum enar-  
ratio erat, in qua monstrabantur ueri  
cultus Dei, & Exempla Ethnicorum  
similia taxabantur, ac docendo profici-  
ebat ipse.

Adeò grata pīs hæc in scholis les-  
cio fuit, ut ad eam audiendam acce-  
derent, & ciues, & sacrificuli, & Mona-  
chi, qui non erant ἀθεοί. Et quanquam  
Pastor nō erat, sed tantum scholæ præ-  
erat, fuerunt tamen ei hortatores ami-  
ci, ut

ci, ut in templo concionaretur, quod ut  
facere posset, usitato more Collegio  
presbyterorum adiunctus est. Propter eius  
concionibus & laetabantur & meliores  
siebant. Et fama doctrinæ ipsius, cum  
ab auditoribus, tum ab alijs late sparso  
gebatur. Et quia multos habebat audi-  
tores adolescentes, natos in Equestri  
ordine, expetebatur eius familiaritas a  
nobilibus, ac præcipue ab eruditis, cum  
quibus cum alias de Ecclesia, alias de  
Patria saepe colloqueretur, hortantur  
eum plerique ad colligendam Patriæ hi-  
storiæ, quam ad rem cum & sumptibus,  
& mandatis Principis opus esset,  
aulici rem ad Principem Bugslaum re-  
ferunt, qui cum audiret etuditionem &  
uirtutem viri prædicari, & historiam  
Patriæ sibi & filijs & consiliarijs notio-  
rem esse uellet, & natura munificus es-  
set, Consilium probat, dat mandata, ut  
monumenta uetera in aula inspiciantur,  
iubet ipsum Bugenhagium in Col-  
legijs & Monasterijs querere historias,  
& inspicere literas, & sumptibus eum  
instruit, qua in re cum biennium con-  
sumes

inlog

sum̄eret, seriēm Principum, bella, Ecclesiarum constitutiones ordine & prudenter descripsit. Liber adhuc in aula custoditur, & cum à Principibus, tum à Consiliarijs. s̄æpe legitur. Nec diligētiā tantum & fidem probant hi, qui legerunt, sed etiam formam operis & orationem.

Circa id tempus & Reuerendi viri Martini Lutheri certamina mota sunt, quorum fama statim uniuersam Germaniam peruagata est. Erat, ut scitis, περὶ τῆς συνέπειας de Indulgentijs, ingrata Monachis & aulæ Romanæ, Sed quia fontes doctrinæ de uera Pœnitentia seu Conuersione, & salutares cōsolatiōnes monstrabat, omnibus p̄̄is in universa Germania, gratissima. Crescente igitur certamine doctrina Ecclesiæ paulatim magis illustrata est. Legit scripta Lutheri Bugenhagius, & uidit ibi perspicuum discrimen ostendi, Legis & Euangelij, uidit iusticiam Fidei melius exponi, quam ab Origene, uel à Thomā exposita est, uidet congruere Augustini

gustini & Lutheri sententias, ac re tan-  
ta considerata, Lutheri enarrationem  
probat, deinde & hanc consolationem  
populo copiosius declarat, & in doctrina  
Pœnitentiæ tenebras Ecclesiæ sœpi-  
us deplorat, & deliramenta Monacho-  
rum liberius taxat.

Ibi artificij Hypocritarum quorum  
dam Principis animus ab eo fit alienis-  
er. Quare de migratione ex Patria  
deliberat, præfertim cum audire Luthe-  
rum coram, & familiariter eum scisci-  
tari quædam uellet. Inuitabatur etiam  
literis Petri Suauenij, cuius erat excel-  
lens eruditio, & qui iudicabat multum  
ei profuturam esse Lutheri familiaritas-  
tem. Venit igitur Deo hæc Consilia  
ità gubernante IOHANNES Bu-  
genhagius VVitebergam Anno mil-  
lesimo, quingentesimo, uicesimo pri-  
mo, paulo ante iter Lutheri ad Con-  
uentum Imperatoris Caroli V. qui  
eo tempore fuit in urbe Vangionum,  
Addebat iam in viro docto & non  
B. iiij. kudi,

hō rudi, ætas iudicij grauitatem. Ågea-  
bat enim annum quartum et tricesimum.  
De multis igitur doctrinæ membris cū  
Lutherò colloquitur. Postea Lutherus  
rediens ex Conuentu abducitur in su-  
am Pathmon, & circiter biennium hinc  
abest.

Interea ducit uxorem vir honestus  
& doctus Pastor Ecclesiæ Kembergen-  
sis, qui cum iussus esset causas expone-  
re, cur nec Pontificia lege, nec voto im-  
pediantur coniugia diuinitus probata,  
magnæ hic disputationes ortæ sunt,  
An tantum Pontificia lege coniugium  
Sacerdotibus ademptum sit? an acce-  
dat votum? An uotum Monachorum  
sit maius vinculum? Consultur Luthe-  
rus absens, qui mox Propositiones de  
votis & deinde Librum, qui extat, mita-  
tit, in quo, ut Alexander Gordium no-  
dum dissecat, ita laqueos & legum im-  
piarum, & uotorum impiorum una ma-  
chera discidit. Erant tunc conuictores  
D. Philippi Petrus Suauenius & Bu-  
genhagius. Cum igitur in cœna Pro-  
positiones Lutheri Philippus accepis-  
set,

set, legit & relegit attente Propositiones Bugenhagius, & cum aliquandiu tacitus magnitudinem rei cogitaret, tandem inquit. Hæc res mutationem publici status efficiet, Doctrina ante has Propositiones tradita non mutasset publicum statum. Hæc sunt initia liberationis Monachorum uerè recitata.

Postea Caroloftadius, ne tantum uideretur Lutheri miles aut <sup>δευτερογνωμ</sup>ē, propria bella mouit, alterum de statuis tollendis, alterum delegibus Meisi in forum recipiendis. Ac statuas priuati quidam seditiose ex templo tollebat. Quia uero aberat Lutherus, multorum animi clamoribus Caroloftadij turbabantur, Sed aduersabatur ei grauiter Bugenhagius, & seditiosas statuarum euersiones improbavit, & de iudicijs & legibus Romanis erudite ostendit, non oportere nostras Politias transformari in Iudaicam. Hæc controuersiæ cum agitantur, redit huc Lutherus, ut dissidia tolleret, & tranquillitatem huius Ecclesiæ restitueret. Hoc tempore Bu-

B v genha

genhagijs Psalterium enarrauit, & ius-  
uentutem utiliter docuit, & in tuenda  
concordia & pace huius Ecclesiæ, mo-  
derationem & constantiam eximiam  
præstítit. Quare aliquanto post con-  
sentientibus suffragijs Senatus Aca-  
demiae & Senatus oppidi, factus est  
Pastor Ecclesiæ Vuitebergensis, quam  
Deo iuuante pie & fœliciter in magna  
varietae temporum gubernauit annos  
sex & triginta.

Nec à sua statione discessit propter  
Pestilentiam & bella, Cumq; ad ma-  
gnas opes, & Episcopi splendorem in  
Daniam, & in Pomeraniam, & qui-  
dem ab optimo Rege, & ab optimo  
Principe uocaretur, nunquam voluit  
hunc tenuem nidulum relinquere. Ac  
sæpe dicentem audiuiimus, intelligere  
se quantum onus sit quælibet Academ-  
ia, quia inde difficilimarum contro-  
uersiarum dijudicatio petitur, & libe-  
rum est dicere sententiam cuilibet, eti-  
am ingratam alteri, se posse habere o-  
pes & otium, si sit alibi, & tenere talem  
locum,

locum, in quo suis sententij non faciat  
kē alij aduersentur, Sed tamen se ab Aca-  
demia non discessurum esse, quia nō  
dubitet hanc vocationem, ad solius  
Ministerij Euangelici labores & peric-  
cula factam, diuinam esse, nec se alibi  
voluptates & opes quæsitorum esse,  
Nec se amare Tyrannides, sed æqua-  
bilem ἀγιστορεατιαν, præsertim in qua  
possit fieri collatio Iudiciorū, cum bo-  
nis & doctis uiris.

Nec tamen defuit alijs gentibus.  
Sed, ut olim nominabantur Euangeli-  
stæ, qui in pluribus locis docebant, &  
Ecclesiæ constituebant, talis fuit &  
ipse Euangelista, vocatus Lubecam,  
Brunswigam, Hamburgam, in Pome-  
raniam, & in Regnum Danicum, in-  
corruptam Euangelij doctrinam ibi  
docuit, deleuit Idola & errores Papis-  
ticos, & Deo iuuante Ecclesiæ pīe  
constituit, quæ quidem annos circiter  
triginta hactenus eandem Euangelij  
vocem pio consensu retinent.

Legimus



Legimus ab Othione Bombergensi  
Initio constitutas esse Ecclesias Pome-  
ranicas, quem constat fuisse virum no-  
bilem, Comitem Andecensem, ex fa-  
milia Ducum Meraniæ, qui tenuerunt  
Voitlandiam, & cognatum Heduuigis  
Slesiæ, & Elizabetæ Turingicæ. Nō  
constat quid docuerit, quod quidem  
maximè sciri oportebat, sed qd sit do-  
ctrinæ genus, quod unum & incorru-  
ptum in omnibus locis tradidit Pastor  
Ecclesiæ nostræ Iohannes Bugenhagius,  
notum est & ex illius scriptis, & ex  
monumentis illarum Ecclesiarū, qua-  
rum fuit ὄικισκε, in quibus omnibus ex-  
presso hoc adfirmsat, se amplectit Con-  
fessionem à Duce Saxonie Electore  
exhibitam Imperatori Carolo in Con-  
ventu Augustano Anni 1530. Hoc  
totum doctrinæ genus notum est ex  
confessione quæ extat, & Deo iuuante  
ad omnem posteritatem peruentura  
est.

Non instituo collationes, ut fit in  
Declamationibus, Magnum decus est  
in bonis Principib, honestam formam  
Politiæ,

nsi  
es  
or  
fa  
int  
gis  
Nō  
em  
do  
us  
cor  
gl  
ex  
ca  
x  
no  
re  
n  
oc  
ex  
ote  
ra  
in  
erst  
m  
x,

Politiæ, Leges, & iudicia reddere ur-  
bibus, ut multi honesti uictores fece-  
runt. Aliud quiddam est, & maius Dei  
beneficium est, Ecclesias recte consti-  
tui, in quo beneficio cum Bugenhagi-  
us fidele organum Dei fuerit, magnum  
id decus esse, & gratitudinem ei sem-  
piternam deberi, manifestum est.

Prodest & hoc testimonium de eis,  
us moribus Posteritati, quod sciet, ta-  
lis uiri uocem hanc doctrinam fuisse,  
cuius mores probati fuerint optimis  
Regibus Danicis, Friderico & Chri-  
stiano, & optimis Principibus Ducib.  
Pomeraniæ, & tot urbium Senatorib.  
sapientia & uirtute præstantibns, qui  
nisi mores huius uiri iustos & castos  
esse sciuerint, non expetiuissent eum,  
nec ad se, & ad suos uocassent. Cumq;  
res difficultæ sint, cōstituere Ecclesi-  
as, refutare aduersarios, non abduci ab  
officio ambitione, iracundia, cupidis-  
tate vindictæ aut pecuniæ, nemo sine  
auxilio Dei tantas difficultates supe-  
rare potest.

Fuis

Fuit autem cursus Pastoris nostri  
sine labe & fœlix, Quare diuinitus gu-  
bernatum esse fatendum est. illustre  
testimonium de eius morib. & hoc est,  
quod Rex Danicus Christianus & Re-  
gina Danica, cum quidem excellant  
pietate, iusticia, castitate & omnibus  
uirtutibus, uoluerint ab eo in precatio-  
ne publica coronari, ad quam nemis-  
nem certè adhibituri erant, nisi quem  
iudicassent Deum rectè secum inuo-  
care, & ardentibus votis salutem Re-  
gno petere, & habere castam mentem,  
& castas manus.

Hactenus breuissimè dixi de cursu  
Pastoris nostri, qui fuit & uitæ ipsius  
& huius nostri seculi uelut Aurea ætas,  
cum uidelicet ante bellum Caroli Ger-  
manicum Ecclesiæ floruerunt & trans-  
quillæ fuerunt. Secuta est deinda fer-  
rea ætas, in qua multæ confusiones ex  
Principum & Theologorum bellis or-  
tæ sunt. In his captiuitas Principum,  
huius oppidi obsidio, & cætera belli  
mala

mala ingentem dolorem viro optimo  
in hac senecta attulerunt, ut Prophetæ  
Ieremiæ, clades & mors optimi Regis  
IOSIAE.

Nec tamen ita fractus est animo,  
ut aut fugeret, aut quidquam in Eccles-  
ia mutaret, sed erexit se adsidua preca-  
tione, & hac consolatione mœsticiam  
lenjt, quod uidit, tamen, inter tantos  
fluctus, Cymbam Christi mirabiliter a  
Deo seruari, cui sit laus & gratiarum  
actio.

Deinde moto dissidio Flacico fuit  
in dolore non tam sua causa, quam pro-  
pter Ecclesiam. Conscientia enim ipsi-  
us non erat sauciata, & impudenter  
sparserant quidam manifesta menda-  
tia, quæ sciebat refutari tempore. Nam  
neq; in bello, neq; postea uocem do-  
ctrinæ, nec ullum in Ecclesia ritum mu-  
tauit, Et quanq; ad alium Dominum  
hæc regio translata est, tamen semper  
uoluit manere eandem Ecclesiam, &  
sæpe dixit, Date Deo, quæ Dei sunt, &  
Cæsari,

Cæsari, quæ sunt Cæsaris. Vtrumq; n.  
constanter præsttitit, fuit alienissimus à  
sediciosis consilijs, & in retinenda daz  
Cæsare puritate firmus. Itaq; ut de Sez  
uero Imperatore scriptum est, Fuisse  
eum intentum in ea, quæ agenda erant  
& neglexisse Populi fabellas,  
Επιμελής ἐν τῷ πράκτεω, ἀμελής τῷ περι  
αυτοῦ λογοποιουμένῳ, Sic ipse cum illæ  
Sycophantiæ spargerentur, propter e-  
as tamen necessarios labores non omis-  
sit. Sed Ecclesiæ causa doluit accendi  
odia & discordias de maioribus rebus,  
cum quidem astutissimus Signifer istis  
ius tribunitij agminis sciat, nobis cōiun-  
ctione opus esse aduersus communes  
hostes, & esse alias grauiores contro-  
uersias, de quibus nos placide delibe-  
rare oportebat, ut Posteris testimonia  
non ambigua relinqueremus, Sed hos  
dolores Pastori etiam precatio & bona  
spes leniebant, ac sæpe dictum Psalmi  
repetebat, Commenda Deo uiam tu-  
am, & spera in eum, & ipse faciet,

Non opus est de domestica eius  
uita

uita prolixè dicere, quæ nisi fuisset ho-  
nestissima, ut antea dixi, nō fuisset uo-  
catus ad Ecclesiæ constituendas à tot  
sapientibus & pijs Principibus & gu-  
bernatoribus. Hoc addam de Gradu.

Cum iuxta Academiæ consuetudi-  
nem Casparum Crucigerum oportes-  
ret petere gradum Doctorum, & in-  
clytæ urbis Hamburgæ Senatus huc  
misisset Reuerendum virum Ioannem  
Aepinum, ut & ipse Gradum peteret,  
aderat hic Dux Saxoniæ Elector Jo-  
hannes Fridericus, cum Illustrissima  
Coniuge, qui cum audiuisset testimo-  
nium publicum Casparo & Aepino  
tribuendum esse, voluit ut his Pastor  
noster adiungeretur, & addidit, se &  
Disputationem & renunciationem au-  
diturum esse, & leuaturū eos sumptu:  
Etsi Pastor excusationem senectæ ad-  
ferebat, tamen quia uerecundius erat in  
re tali non diu refragari, ait se obtenu-  
peraturum esse. Postridie uenit ad dis-  
putationem Princeps cum præcipuis

C Consilis

Consiliarij, & studiose audit Lutheri,  
Crucigeri, Pastoris & Aepini responsiones, de iusticia, de Ecclesia, de discrimine ministerij Euāgelici, & potestatis Politicæ, in qua materia disertè uoluit explicari, cur, cū uiolans Politicę potestatis edicta, peccet, non etiam peccet uiolans Ecclesiasticam traditionem factam à pio Pastore. Fuitq; ei pergrata nostri Pastoris Oratio, qui dicebat, armata esse potestatem Politicam auctoritate condendi proprias Leges, non pugnantes cum Decalogo, & de his traditum est seuerissimum præceptum. Necesse est obedire propter Conscientiam, Sed Pastoribus expresse prohiberi condere proprias Leges. Sic enim dicitur, Nemo vos arguat in cibbo, potu &c, nec posse hanc libertatem ullius creaturæ autoritate tolli. Et ut in amplissima quæstione multa de dignitate Politicæ potestatis & Euangelici ministerij dicta sunt,

Querels



Querela etiam addita est, in qua  
barabatur, cito in Ecclesiam irrepsisse  
superstitiosas opiniones, quæ finxerint  
humana exercitia esse eximios cultus,  
quæ tunc quoq; à sanioribus taxatae  
sunt, ut Athanasius superstitiones re-  
præhendit, inquiens, καλὸς ἡ ἀσκησις μετ'  
ἀληθῆς γνώσεως καὶ συμμετρίας. Vult in-  
telligi exercitia non esse iusticiam, aut  
cultus, & uult moderata esse. Hæc  
cum exposita essent, Princeps ipse gra-  
uissime dixit, se Deo gratias agere,  
quod hæc discrimina perspicue in Ec-  
clesijs nostris illustrata extent, & Del  
præsentia in utroq; gradu à pījs agno-  
scatur, & celebretur. Manifesta enim  
testimonia de Deo, & de Prudentia  
sunt ipsa Lex in mentibus hominum  
lucens, & miranda conseruatio societatis  
humanæ, in tam horrendis confusio-  
nibus, & Imperiorum constitutio in-  
tantis impedimentis. Quid n. mirabilis  
lius est, q; Romam inter adsidua tribu-  
nicia certamina stare posse. Bonis uiris

C iij ad postea

ad posteritatem uirtutis testimonium  
est, cum à bonis Principibus ornantur,  
Ipsis uero Principibus multò magis ho-  
norificum est, intelligere & amare do-  
ctrinas, & earum studia excitare & ius-  
uare.

Fuit autem & postremus uitæ Pa-  
storis nostri actus Dei beneficio placid-  
us. Cum ita languefactæ essent uires  
postremo anno, ut concionandi labo-  
rem sustineré non posset, uenit tamen  
quotidie in templum, & pia precatio-  
ne Ecclesiam, & se, & nos Deo com-  
mendabat: ueniebat etiam ad necessa-  
rias Deliberationes. Tandem Mens-  
se Aprili decumbens sine magno cru-  
ciatu, quotidie precationes repetiuit.  
Sæpe etiam suauiter cum amicis de spe  
salutis æternæ, & de posteritate collo-  
cutus est. Vigor mentis adeo fuit ins-  
teger, ut octiduo ante mortem, Docto-  
rem Tilemannum Heshusum, Heidel-  
berga redeuntem, mox agnosceret, &  
lætus gratularetur ei reditum, & sciscis-  
taretur, an in Academiam Heidelber-  
gensem

gensem migraturus esset, & ei fausta  
precaretur. Postea die uicesimo Apri-  
lis, cum se quotidie filio Dei, domino  
nostro Iesu Christo commendasset, pla-  
cidè ex hac mortali uita decessit. Nec  
dubitandum est esse eum in numero il-  
lorum, de quibus scriptum est, Beatū  
mortui, qui in Domino moriuntur.  
Querelas igitur funebres omitto, ac  
potius oro filiū Dei, sedentem ad dex-  
tram æterni Patris, ac dona dantem ho-  
minibus, Pastores & Doctores, ut ruf-  
sus Ecclesiæ nostræ Pastorem tribuat  
salutarem, & nos omnes clementer gu-  
bernet.

Hanc uero narrationem uolo testis-  
monium esse de nostra erga ipsum re-  
uerentia, & Deo gratias agimus, quod  
huic Ecclesiæ tam fidum Pastorem his-  
turbulentis temporibus tribuit, Iuuen-  
tuti etiam eius memoriam tradimus, ut  
in eius cursu præsentiam Dei consider-  
et, & agnoscat pios à Deo iuuari: Imi-  
tetur etiam diligentiam ipsius in regen-  
C. iij. dis.

dis moribus. Proderunt & libri ipsius  
legentibus, quorum lectio bonis non  
eo tantum grata erit, quia multa ob-  
scura dicta enarrant, sed etiam quia di-  
ligentia in quærenda nativa senten-  
tia ostendit amorem ueritatis  
in eo fuisse eximum.

DIXI.

PETITIO



PETITIO AD  
Decanum.

SPECTION Abilis Domine Deca  
nne & vice Cancellarie dignissime,  
Meminimus omnes Reuerendum D.  
Pastorem, Doctorem Iohannem Bu  
genhagium Pomeranum, sanctæ me  
moriæ, sæpe solere dicere, ad nullos se  
publicos ac solennes Collegarum, ac  
Scholafticorum congressus accedere li  
bentius & maiore cum hilaritate, quam  
ad hos nostros, in quibus fit renuncia  
tio eorum, quibus confertur titulus Ma  
gisterij Philosophici. Multa se aiebat  
cōmonefactum hoc Collegarum con  
sessu, conspectuque frequentis & atten  
tæ adolescentiæ, magna cum suauitate  
cogitare de primæ ætatis suæ studijs, de  
emendatione post sequuta, quæ veteri  
& horridiore barbarie explosa reddidit  
scholis fontes puriores disciplinarum  
omnium, de initijs ac rudimentis soli  
dæ eruditionis, de artium Philosophia  
C iij carum.

carum dignitate, de multiplici fructu,  
qui ex illis rediret præcipue ad Ecclesi-  
am, quam harum artium præsidio ca-  
rere nō posse, se tot annis usu didicisse,  
atq; experientia. Et argumenta orati-  
onum, quæ recitarentur, dicebat multa  
sibi reuocare in memoriam, quorum  
recordatione in hac senecta plus refice-  
retur, quam ullis alijs rebus. Delecta-  
batur & collegarū sincera ac dulci con-  
cordia, quos & uera benevolentia con-  
iunctos esse, & consentire iudicij de  
tota doctrina nostrarum Ecclesiarum  
cernebat, hocq; consensu incolumitas  
tem scholæ, & confirmatæ ueritatis sta-  
bilitatem, in hac schola niti intellige-  
bat.

In primis autem videbatur serio ac  
uehementer animo commoueri ad ues-  
trum & solidum gaudium, penēq; ex-  
ploratam ac certam concipere spem de  
puritate doctrinæ, duratura in his regis-  
onibus ad posteros, cum uideret sub-  
inde prodire ex hoc cœtu aliquos in-  
structos ingenij, doctrina facundia,  
& dotis

et dotibus alijs, qui uelut in uestigia de-  
cedentium succedentes, usui, ornamen-  
to, & præsidio Ecclesiæ futuri, & pro-  
ueritate contra Sophisticen, ut fidi &  
constantes sancti depositi custodes es-  
sent propugnaturi. Miscebat etiam  
vota, precesq; ad Deum, & suspiria cre-  
bra ac gemitus, quod hoc ipso loco ho-  
noribus auctos meminerat multos,  
quorū aliqui rabiosius aliquanto, et ui-  
tulentius, adhibitis omnibus mendaci-  
orum & calumniarum machinis, incur-  
runt in hanc scholam, quam hostes ipsi,  
& aliquanto plus nocent Ecclesijs no-  
stris. De Staphylo, Paphlagone, &  
toto huius satellitio, crebro usurpare so-  
lebat, quod apud Iohannem legitur,  
Egressi sunt ex nobis, sed ex nobis non  
fuerunt. Id uero aperte ostendit ac  
profiteretur transfuga Staphylus. Non  
dissimulat ὁ Βλάξ Paphlago, qui hoc u-  
num, quanta astutia, & quantis potest  
conatur uiribus, ut explicatam Ecclesi-  
arum nostrarum doctrinam paulatim  
alijs atq; alijs Sycophantice conuulsis,

C v ceu

ceu rationes explicatas dissipatis et con-  
fusis calculis, euertat aut labefactet.  
Eruta magno labore atq; euoluta ex la-  
byrinthis doctrinæ monasticæ & uere  
ορθοτμηδέντα, confringit ac conuincit,  
non κακὸς μαγείρου τρόπῳ κατὰ τλάτω-  
να, id est, inscitia, sed τανουργία. Καὶ θρο-  
τει, οὐχὶ κοβαλτικέντας ἀγώμενος, ut apud  
Aristophanem est. Et dum uelut Balæ-  
na Aristophanica cōcionatur gregi o-  
uium, hoc est, suo theatro grunnuī rā-  
biosi ac mordacis porci, armatus tri-  
dente, non ferit aduersarios hostes Ec-  
clesiarum nostrarum, sed uelut conspi-  
rans cum illis lupino fœdere, in euersi-  
onem nostri, spiculis Sycophantiarum  
pungit foditq; ceu in acie opp̄sitos ijsa-  
dem ab Ecclesijs nostris Antagonis-  
tas, ut hos dimicantes simul cum u-  
trisq; & paulatim languefactos, gemi-  
natis ictibus iugulet, et si quid probet  
in doctrina utrorumq; nostra, & ad-  
uersiorum non constat, & haud scio,  
an non irrideat utramq; pariter. Quam  
oppugnet enim religionem, & quos  
oppugnet

oppugnet, Dei beneficio, manifestum  
est, Quam probet & colat, non facile  
quis dixerit. Horum ergo exquisitam  
malitiam cum fremitu quodam dete-  
stabatur Reuerendus D. Pastor, & uul-  
nera deplorabat gemens, quæ Ecclesiæ  
infligerent, contraq; crudeles & astutas  
corundem molitiones Ecclesias harum  
regionum, & hanc Scholam ardentia-  
bus votis commendabat filio Dei, do-  
mino nostro Iesu Christo.

Confidimus autem hos triginta  
octo doctos & honestos viros ita esse  
affectos, ut potius uestigia sectari præ-  
ceptorum, & honestorum ac piorum  
imitari exempla uelint, in colendo tu-  
endoq; communi de doctrina consen-  
su, cum hac Schola & innumeris alijs,  
qui coniunctos cum hac schola se pro-  
fitentur, quam cum infausta illa & de-  
genere Titanum sobole arma inferre  
Ecclesijs & Scholis amplectentibus, ac  
uentibus ueritatē. Idq; ut faciant, eos  
hortor et obtestor propter gloriam dei.

Cumq; priuatim & publice auditos  
censue

censuerimus dignos, quos ornatostes  
stimonij publici autoritate Ecclesiæ ac  
Reipub. offeramus ac sistamus, si hos  
rum opera uti uelint, tibi eos doctissi-  
me D. Decane commendō, ac peto  
totius Collegij nostri & ipsorum no-  
mine, ut autoritate publica Magistros  
eos Philosophiæ crees & renuncies.  
Quo officio et collegio nostro gratum  
facies, & ipsos tibi in perpetuum de-  
uincies. Oro etiam toto pectore æter-  
num Patrem domini nostri Iesu Christi,  
fontem sapientiæ, ut Ecclesias pias  
ubique terrarum clementer foueat, ac  
protegat, & prohibeat, ne restituta do-  
ctrinæ cœlestis lux, ac cæterarum artis  
um nouis Sophismatum præstigijs,  
quæ Sycophantica & subdola in-  
genia petulantia, ambitione, os-  
dio & fraude cudunt & spar-  
gunt, obruatur aut extin-  
guatur, & nos om-  
nes regat ac  
seruet.

DIXI.

QVAESTIO PROPO-  
sita à doctissimo viro D. Bal-  
dasaro Neandro, docente ius  
uentutem literariam in  
schola Vratisla-  
uiensi.

V Truncq; me senectus docet,  
& modestiam esse inter alios do-  
ctiores tacere, si liceat, et si leges iube-  
ant, iustum officium esse obtemperare.  
Non igitur iudicetur impudentia esse,  
quod in hac frequentia cruditorum ad  
dicendum prodeo, sed legum autori-  
tati parere me cogitate: Quod quidem  
eo facio libentius, ut iuniores senum  
exempla intuentes, magis ament leges.  
Sicut igitur usitatum est, Quæstionem  
proponam, de qua et si amplitudo cau-  
sa longam orationem postulat, tamen  
ego brevior ero: quia hoc tempore in-  
tegra explicatio institui non potest: Et  
tamen commonefactio utilis est. In no-  
stra uicinia Stenckefeldiani Enthusias-  
tae

stæ uociferantur, Electis expectandos  
esse diuinos afflatus, nihil ipsos agere,  
sed tunc cum se rapi sentiunt inuitos,  
incipiant inuocare Deum: Ex hac Ma-  
nichea imaginatione incidunt multi in  
perpetuas dubitatiōes, multi fiunt pro-  
phani, indulgent sibi securi, & dicunt  
se raptus illos expectare: His oppono  
dictum Nazianzeni, Omnis uirtus à  
Deo est, Datur autem inuocantibus &  
annuentibus: Sed græca uerba magis  
perspicua sunt, ὥσπερ τὸ κατορθόμενον πα-  
ρὰ Σεbasti, διδοται δε τοῖς καλουμένοις οἱ  
οὐτω νέουσι. Mæchus non differat pœ-  
nitentiam donec senserit illos Enthusias-  
mos, quibus inuitus transformetur in  
semiDeum: sed omittens adulterium,  
petat se à Deo iuuari, & dolens non in-  
dulgeat diffidentiæ, sed voce Euange-  
lij se sustentet, Hic ordo congruit ad  
doctrinam, quæ iubet ordiri Conuer-  
sionem à uerbo Dei, & petere auxilia-  
um: Ideo dicitur, Quanto magis Pa-  
ter uester cœlestis dabit Spiritum san-  
ctum

ctum potentibus : non inquit, repugnantibus, & in Epicurea securitate expectantibus Enthusiasmos. Regula igitur teneatur, Audientes vocem Legis & Euangelij, uelimus obedientiam, & petamus auxilium: Sic & in Apocalypsi dicitur, Sto ad hostium & pulso, si quis audit vocem meam, & aperit ianuam, ingrediar ad eum.

Sed contra disputant Enthusiastæ, Mortuum nihil agit, Voluntas humana est mortua, nihil igitur agit : Et adferunt similitudo de luto, quæ in capite ix. ad Romanos recitatur. Fateor me hanc tantam quæstionem non posse explicare, sed tamen illam prophanitatem de raptu expectando probare non possum, Remoratur enim Conuersionem & extinguxit consolationem, & abducit mentes à uerbo Dei, ad querendam nostram puritatem, cum Fides accedit ad Deum uerbo innixa, nō nostræ puritati.

puritati. Visitata est igitur uox uniuersa  
sæ ueteris Ecclesiæ, præcedente graciæ  
comitante voluntate. De hac utili  
quæstione, oro Reuerendum uirum  
Paulum Eberum, ut me & alios do-  
ceat, & iam fundamenta expli-  
cationis monstret, ut dubia  
tationi nostræ me-  
deatur.

DIXI.

RESPONSIO.

## RESPONSIQ.

MULTA mihi cogitanti de  
hac questione, firmissima hæc  
responsio uidetur, & quæ multas du-  
bitationes tollit. Etiam si ualde multa  
Deus in omnibus sanctis efficit, in qui-  
bus voluntas tantum est subiectum pa-  
tiens, ut cum seruatur Daniel inter Le-  
ones, tamen Regula uniuersaliter no-  
bis tenenda est: Audiens Legem seu  
Euangelium, uelit obedientiam, & pe-  
tit auxilium. Id congruit ad hæc dicta:  
Præeunte gratia, comitante voluntate.  
Cumq; voluntas luctatur, signum est,  
eam à Deo trahi. Qui uero expectant  
uiolentos raptus, ut Enthusiastæ, &  
Stenckefeldiani loquuntur, hi manent  
hostes Dei, & Deum trahentem repel-  
lunt.

Ideo probo dictum Nazianzeni,  
qui faterur, Dei opera esse uirtutes in  
nobis, sed tamen hæc fiunt ita, ut uos  
luntas luctetur assentiri Deo trahenti.  
Et quā uerecundē locutus sit, considera-

D randum

randum sit. Non dicit pares causas  
esse, Deum & voluntatem, ut quum  
duo Equi currum trahunt, sed imbecilis  
sem comitem esse uoluntatem significat,  
ut cum uolentem puerum ducit  
Pater robustus, Inquit enim, dari uir  
tutes οὐτωνέουσι. Verecundius hoc est,  
quām si latinorum more diceret, adsen  
tientibus.

Non igitur docendi sunt homines,  
ut illos uiolentos raptus prophani ex  
pectent: sed uerbo Dei uelint obedire,  
& petant auxilium. Stoicas etiam ima  
ginationes deponant, quæ fingunt,  
Deum fatales tabulas scripsisse, in quis  
bus aliquorum amicorum nomina an  
notauerit. Hinc oritur dubitatio, an &  
tuum nomen lādscriptum sit, Hac du  
bitatione extingui fidem manifestum  
est. Opponamus igitur promissiones,  
quæ cum sint uniuersales, te quoq; in  
uniuersalem uocem includas, nec fin  
gas, in Deo contradictorias uoluntates  
esse. Verax legatus est filius Dei, qui  
promissionem ex sinu aeterni Patris  
protulit,

protulit, & inquit: Venite ad me omnes, qui laboratis.

Fides, inquit Paulus, ex auditu est, Auditus per uerbum Dei. Qui uoluntatem Dei non traditam in uerbo, quæsunt, quod faciunt Enthusiastæ, quoniam ruunt? Et cum dicat: Fides ex auditu est, intelligatur eius esse fides, qui uult audire, non qui repugnat.

Similitudinem de luto, ne ipse quidem Paulus adeo duriter interpretatur, ut voluntatem in malis nihil agere existimat, Sed tantum singi, ut lucum.

Hæc breuissime nunc respondi de tua quæstione, & hanc explicationem siuidco ueram, & pijs mentibus salutarem esse.

Porro in dicto Nazanzeni uerbum est καλουμένοις, de quo dubitari potest, an uoluerit intelligi, uocatis aut inuocantibus. Nam his dat Deus Spiritum  
Dñ sanctum,

**sanc**tum, quos vocat dato uerbo. Sed  
utrumque complectamur, vocatos & in-  
uocantes.

**Cum autem & nos per Euangeli-  
um uocati simus, Te oramus fili Dei  
domine Iesu Christe, crucifice pro no-  
bis, qui dixisti, Venite ad me om-  
nes, qui laboratis, ut miserear-  
is nostri, nos doceas,  
gubernes, &  
salues.**

**DECANVS**

ed  
ns  
  
lis  
el  
os  
  
S

• DECANVS COLLEGII •  
Philosophici in Academia VV  
tebergensi, M. Petrus Vinc  
centius, Vratislauiensis.

Postquam sœua semel totū Bellona per orbem  
Concussit tremula dira flagella manu.  
Facta sit, ut rerum facies tristissima, si quis  
Non uidet, humanæ nil rationis habet.  
Terretur uarijs belli rumoribus Orbis,  
Quorum Principium iustaq; causa latet.  
Horridus in campis miles grassatur, & urbeis  
Vulnificus cogit sœua timere Latro.  
Fracta iacet legum quondam ueneranda potestas  
Quodq; libet sibi nunc quisq; licere putat.  
Iura, fides, uirtus, tuq; o pax optima rerum  
Nunc estis, præter nomen inane, nihil.  
Quodq; magis doleas lachrimas effusus in uadis  
Syncere tangit quem pietatis amor,  
Grata Deo pietas, & nomen amabile Christi,  
Sub pedibus populo Principibusq; iacet  
Cunctaq; turbandi furor, & uœsana libido.  
Futilitas linguae stulta, nocensq; bonis,  
Et dolus, & nimium rabiosa calunnia sanctum  
Assertæ titulum Religionis habent  
Solum hypocrita ueterator Apostata fraude  
Regibus aplaudens & populo, ille placet.

D iij

Hæc

Hæc inter, crescit feritas, mala, bellaq; bellis  
Miscentur, cædescædibus ira dolis.  
Quæ tu sancta uidens oculis Ecclesia Christi  
Flebilis, ueluti tristis & ægra uides.  
Tolle oculos, & facta animis hæc subiice latis.  
Præsens festa dies quæ meminisse iubet  
Illijs historia est quia temporis huius imago.  
Baptistæ cunas actaq; prisca canens,  
IVDAEAM multus ferro uastabat & igne  
Miles, odoratis exiciosus agris.  
Hinc Syrus, inde rapax septemplicis accola Nilum  
Et niger, ac raso uertice toruus Arabs.  
Tempore quo prosugus regno Ptolemaeus auitus  
Jordanis madidam sanguine fecit humum  
Luce trucidatis ter denis millibus una  
Insoelix, fixis per, Galilæa, tuos,  
Ignibus clixas matres, puerosq; tenellos  
Immanes epulas patribus esse dedit.  
Horresco referens, nec adhuc sunt tristia fata.  
Hæc satis, heu damnis addita damna malis.  
Impius HERODES metuens regnoq; sibiq;  
Ciuii patrios sanguine sedat agros  
Ille suæ socrus, & caræ coniugis, & post  
Natorum Lanio, totius atq; domus  
Committit motis gentem ciuilibus armis  
E qui' us exoritur protinus omne nephas

Virtutem

Virtutem exilio furiosa licentia plectit,  
Omne Dei nomen pellitur, omnis honor.  
Ut status in populo fuerit desfibilis isto  
Pro re nulla satis dicere lingua potest,  
Attamen immanes furias percuntis et inter  
Israelite fata dolenda Domus,  
Sedula protexit diuinæ dexteræ curæ,  
Baptistæ cunas Zachariæq; domum  
Quæ, ueluti Synagoga fuit, pia dogmata seruans  
Denato fuerant ut patescata Dei.  
Huc Simeon, annis grauior rugaq; senili,  
Huc mater longas uirgo profecta uias.  
Huc sancti circum tutos habuere receptus  
Vicini, uero dedita turba Deo  
Quando alios alij de religione monentes  
Messiæ norat tempus adesse sui.  
Iamq; futura Dei genetrix castissima uirgo.  
Intra uterum cuius clausus IESVS erat,  
Sublatuum è cunis, ulnisq; amplexa Iohannem  
Sæpe datis, solita est dicere, basiolis  
Viue puer, nostri pignus mirabile partus,  
Nam sic Angelica uoce ego docta fui.  
Viue puer cunctos inter, Fœcunda puellos  
Quos Iudea tulit maxime, viue puer.  
Viue tuos implens celeres fœliciter annos  
O Domini et nati præco future mei.

D iiii

Dixit

Dixit, & alloquio permiscens oscula souri  
Infantem gremio casta Maria suo  
Carmina grex reliquis soluit gratantia summo  
Commendans se, uoce manuq; Deo.  
Hæc tam longa sibi quid commemoratio tandem  
Versibus exiguis lector habet, uelit.  
Vtraq; nascendi & redituri, tempora CHRISTI  
Congruere ut rebus temporibusq; scias.  
Ille quidem ueniet, breuis est mora, uindice uultus  
Ut det pro meritis præmia cuiq; suis.  
Non tamen arbitrio, dum mundi sæua Tirannis,  
Omnia dum rabies uertit iniqua, suo  
Interea nobis, quos uere diligit ipse,  
Et pater & tutor desinet esse, Deus  
Ergo licet iusto multum mœrore premamur  
Et pia multiplici corda pauore gemant  
Omnia luctifico quod sint ita plena tumultu.  
Atq; instet rerum maius ubiq; Chaos,  
Insano propter grassantes Marte Tyrannos  
Multaq; quæ fatius tristia mundus habet.  
Attamen erigimus turbati lumina uultus  
Spe pleni, curèt nos, quod ametq; Deus  
Et scimus paruum defendi cœlitus agmen  
Quod Christum iussa uoce fideq; colit  
Ipse scolas, coetum imbellem, paruamq; sareptam  
Protegit invicta saepc uocatus ope.

Hæc

Hæc spe commissa nos in statione manemus  
Officij memores ordine quisq; sui  
Fecit ut Abiades, sua quem casa texit inermem,  
Marte foris ualidas concutiente domos  
Atq; pijs operam studijs nauamus, & illam  
Nos ò summe tibi CHRISTE dicare iuuat:  
Non ridere iuuat, Staphylus ceu transfuga fecit,  
Agnita iamdudum dogmata uera Dei  
Namq; impunitos, dinini numinis ira  
Non sinit in sancta religione, iocos  
Illum, ne dubitet, manet ultima poena parati  
Iudicij, nato mox ueniente Dei  
Quem precor interea nostros regat ille labores  
Et soueat cœtus hic & ubiq; suos  
Et quoniam nostri tempus iam muneris instat:  
In quo de studijs colloquia esse solent  
Ingenijs & habetur honos, & candida uirtus  
Ex merito iustæ nomina laudis habet,  
Si quibus est animus sese submittere nostræ  
Censuræ, sua dent nomina, more schole.

Die Baptiste Anno C<sup>r</sup>c. 1558.

D V

DECANVS

•DECANVS COLLEGII  
Philosophici Petrus Vincen-  
tius, Vratislauiensis.

**I**N Colloquio Anni superioris, qd  
in urbe Vangionum inchoatū est,  
præcipuum fuit certamen, De norma  
iudicij in Ecclesia. Nostri defende-  
runt iudicij normam esse, scripta Pro-  
phetica & Apostolica, & Symbola.  
Aduersarīj contrā, Consensum omni-  
um temporum, & hoc nomine Cen-  
suetudinem suam intelligebant, quæ  
multa recepit ignota puriori antiqua-  
ti. Sed tamen hominum animi liben-  
ter retinent opiniones uetusitate con-  
firmatas, Sicut Aristoteles inquit, ἐν  
ἰώθαμψι δυτως ἀξιόμην λέγεις, τὰ δὲ παρε-  
ταῦτα, οὐχ ὄμοια φάνεται. Sed mouen-  
tur Aduersarīj κακοζηλίę Politorum iu-  
dicatorum. Ut Reges in imperijs sunt  
interpretes ambiguorum Legum, sic  
constitunt interpretē ipsi, non Re-  
gem, sed Tyrannum, quia uiciosa con-  
suetudo est aspera tyrannis. Nec do-  
ctrina

**D**icitur opus est, si tantum consuetudini, tanquam aulicis imperijs parendum est. At nos sciamus immutabile mandatum Dei esse, ut de sua voluntate, ex doctrina, quam patefecit misso Filio iudicemus, Sicut scriptū est, Filius qui est in sinu æterni Patris, ipse enarrauit nobis. Fatendum est igitur necessaria esse doctrinæ studia, quæ quidem multa exercitia postulant. Legendi sunt fontes, cognoscendæ linguæ, consideranda Phrasis, conferenda certamina & iudicia omnium temporum, intelligenda est & docendi ratio, ad quam necessaria est cognitio multarum artium, Dialecticæ & Physices, quæ exterritur ex Mathematum initijs, ut est inter se artium cognitio. Habet Ecclesia multiplices hostes, quorum plurimi indocti, fascinati in monstrosis opinionibus, defendunt eas propter insciatiam. Aduersus hos certè muniri & armari iuuentutem doctrina oportet. Alij pauciores nō in scititia peccant, sed scelerē & Diabolico contemptu Del.

**Aduersus**

**Aduersus hos etiam doctrina confusa**  
mari pias mentes oportet, ne decipiatur  
autoritate talium. Sed ut singula  
ribus exemplis Deus puniuit Iudam,  
Montanum, Maximillam, Theodos  
sum, qui omnes se laqueo strangulaue  
runt, ita Deus ostendet exempla iudicij  
sui in Staphylo & similibus, qui sci  
entes ueritatem manifestis mendacij  
oppugnant.

Oramus autem filium Dei domi  
num nostrum Iesum Christum, qui se  
det ad dexteram Dei Patris, ut det do  
na hominibus, ut nos omnes guber  
net, & uos hortamur, ut studia doctrin  
ae ametis, ad quae haec exercitia scho  
lastica pertinere manifestum est.  
Perimus autem ut Doctores & Magis  
tri hodie hora prima ad publicum  
Examen ueniant, ut adiuuent  
huius exercitiij conseruat  
ionem. Datæ die 28  
Iulij. Anno,  
1558.

**DECANVS.**

DECANVS COLLEGII  
Philosophici in Academia Vul-  
tebergensi Petrus Vincen-  
tius Vratislaviensis.

QVOTies recitamus in Symbolo  
hæc uerba, Credo esse Ecclesiam  
sanctam Catholicam, mente circum-  
spectemus, quæ, & ubi sit, & sciamus  
mandatum Dei esse, ut singuli fiant ci-  
ues uerae Ecclesiæ, & ut singuli uelut  
ad aram supplices, ad filium Dei cons-  
fugiamus. Hæc certe omnes qui non  
sunt Epicurei, & hostes Dei, cogitare  
necessæ est. Sed multi partim ironia,  
ut prætextum habeant suæ impietatis,  
partim serio dubitantes uociferantur,  
Quam monstratis Ecclesiam, quo in-  
tanta dissimilitudine opinionum trans-  
ibimus: Vos ipsi, qui aduersamini  
Pontificum tyrannidi, dimicatis inter  
uos, ut Cadmei fratres, seu ut Curetes  
& Aetoli, postquam simul Aprum Ca-  
lydonium ceperant. Scimus hæc dissim-  
ilia multipliciter nocere, & studijs &  
Ecclesiæ,

Ecclesiæ, & doletus, Precautur etiam  
filium Dei. ut reprimat illos Thersitas,  
qui serunt calumnias & odia accēdunt.  
Nec tamen Ecclesiæ noua est hæc  
magna calamitas, Etiam Apostolorum  
tempore repressis iudeis erant Ebio-  
nis & Cerinthi factiones, & aliæ quæ  
se Christianas nominabant, & tamen  
pugnantia dogmata spargebant. Iuliz  
anus etiam ad Ethnicos redijt, offensus  
dissidijs Christianorum, quæ multa &  
atrocia tunc erant, Contra orthodoxos  
alij Samosatenum, alij Arium, alij  
Manicheos sequebantur. Etsi autem  
his spectaculis turbantur animi, tamen  
retinenda est adseueratio, Credo esse  
sanctam Ecclesiā catholicam, nec pro-  
pter ullas difficultates deserendus est  
Deus, nec difficilis est dijudicatio, que  
sententiae ueræ sint, si normam diuinis-  
tus propositam intuearis, uidelicet,  
scripta Prophetica & Apostolica, &  
Symbola. Nec obscuritas, nec ambi-  
guitas in his tanta est, ut quid uelint,  
statuere non possis, si bona conscientia  
fateri

fateri uoles, quid intelligas, Sed accedant studium, collacio cum p̄is & amantibus ueritatem, consideratio sinceræ antiquitatis, iuocatio Dei, qui promittit se mentes discentium gubernaturū esse. Semper etiā uox est aliqua ueræ Ecclesiæ consciens, ac nunc Dei beneficio consensus est omnium nostrarum Academiarum, Tübingensis, Heidelbergensis, Mapurgensis, Ienensis, Frācotordianæ, Rostochianæ, Gr̄phisualdensis, Danicæ, Lipsicæ, & nostræ, & Ecclesiarum in præcipuis urbibus, Noriberga, Argentorato, Lubeca, Hamburga, & alijs multis. Nec si sunt alicubi uomicæ quædam, uel in Academijs uel in urbibus, propter has, boni & doctri dissentire existimandi sunt.

Nec nos pudet uti testimonij Eccliarum & Academiarum Germanicarum, cum sciamus & Ireneum Germanicarum Ecclesiarum testimonia magnificere.

Sunt



Sunt autem passim & indocti &  
mali aliqui, quorum nonnulli contra  
conscientiam defendunt manifesta men-  
dacia. Talium non sit tanta autoritas,  
ut cum gignunt ex se se falsas interpre-  
tationes, propter eos uocifereris, am-  
bigua esse scripta Prophetica & Apo-  
stolica & Symbola. Nascuntur in ipsis  
malæ opinione, non hauriuntur ex fa-  
cis literis.

Quanquam autem inscītia, cum mul-  
titudinis adplausus nacta est, & arma-  
ta est factio, dira tyrannis est, & mul-  
tos dereret à studijs, tamen Deo ob-  
temperemus seuerissimè præcipienti,  
ut doctrinam, quam nobis tradidit, dis-  
scamus & doceamus, nec frangamus  
animis propter aduersariorum odia,  
superbiam, uigip, & rabiem. Virtus igi-  
tur laudanda est eorum, qui & recta  
discunt, & amant ueræ Ecclesiæ con-  
cordiam. Hæc cum profitentur hi,  
quorum nomina adscripta sunt, et cum  
sint recte eruditi & honesti, Cras, Deo  
iuante,

iuante, ornabuntur gradu Magisterij  
Philosophici. Hortamur igitur omnes  
Doctores, Magistros, & auditores, ut  
ad hanc publicam testimonij nostri re-  
nuntiationem conueniant, & ostendan-  
t suā de studijs iudicia, & nobiscum  
presentur filium Dominum nostrum  
Iesum Christum crucifixum pro nobis  
& resuscitatum, custodem Ecclesiæ  
suæ ut nos omnes gubernet,  
& reprimat omnis ueritates  
hostes, & semper æter-  
nam Ecclesiam in  
his regionibus  
colligat.

Datæ die Augusti tertio,  
Anno 1558.

E IN



IN IMAGINEM REVE  
rendi Virti Doctoris Iohannis  
Eugenbagij scripti Versus

A

PHILIP: MELANTH:

**C**ONIugis ut senio confecti corpus aquatum  
Ipsa suis humeris Halcyo grata gerit  
**Sic** bene promeritum Doctorem Ecclesia curet  
Et leuet ætatis pondera dura seni  
**Sic** tua canices Doctor Pomerane, fidesq;  
Syncera est cunctis iam ueneranda pijs.  
**Q**ui procul externis sparsisti fidus in oris  
Pura Euangeli Semina, uoce tua  
**A**c ceu Baptistes Agnum monstrare solebat  
Aeterno Christum de genitore satum  
**T**u quoq; iustifica docuisti agnoscere Christum  
Aeterniq; Patris sumere dona, fide  
**F**ictiliu[m]q; alias formas tua lingua Deorum  
Euertit, Papæ quas uoluere colli  
**E**t uelut in scopulis celjos locat Halcyo nidos  
Hiberti circum quos fremit Vnda maris  
**Sic** medio in pelago sœlix iam Dania nidos  
Extruxit CHRISTO, te fabricante, pios  
**T**e Deus hos inter texit iuuitq; labores,  
Nunc uita functus uiuis in arce poli.

ELEGIA

ELEGIA  
DE OBITV REVEREN,  
dissimi Viri, doctoris Iohannis  
Bugenhagi, Pomerani, scrip-  
ta à genero, Georgio  
Cracouio, Doctore.

Funera defleuit doctorum multa uirorum  
Candidus Aonidum pieridamq; chorus  
Ut sacra testantur uatum monumenta priorum  
Carmina quæ Naso quæq; Tibullus habet  
Hesse Poetarum Princeps & gloria uatum  
Lugubri quoties carmine fata canis?  
Stigeli qnoties? quoties facunde Sabine  
Congeris in parcas crimina multa Deas?  
Sic dictæ, quia non parcunt mortalibus ullis,  
Staminaq; abrumpunt, cum statuere diem  
Tuq; mihi longo Lotichi cognite ab usu,  
Pierio fundens carmina culta sono  
Immatura doles præstantis fata Micylli  
Qui uir perpetuo uiuere dignus erat:  
Vidimus heu funus uenerandi triste Lutheri  
Quem fleuit lachrimis hæc schola tota suis  
Cui similem peperit sanctissima fœmina luctum  
Coniugio tibi quæ iuncta PHILIPPE fuit  
E ij Vidimus

Vidimus atq; alios ē cōetu hoc nuper euntes  
Quos omnes longum commemorare foret  
Proh dolor hos etiam comitatur fidus Achates  
Bugghagius Doctor magne Luthere, tuus  
Qui tecum, socioq; Iona, socioq; PHILIPPO  
Saluificam populis sparsit in orbe fidem  
Non sibi diuitias sibi non quæsiuit honores  
Propositum Christe ut te celebraret erat.  
Ore styloq; tuum Christe illustravit honorem  
Detexit satanæ pontificumq; dolos  
Errorum tenebras quoq; te ductore fugauit  
E templis cultus restituitq; tuos  
Magnaq; ut hoc fieret, subiisse pericula uitæ  
Illum, Saxonici littoris ora probat.  
Illud testatur patriæ, Pomerania, tellus  
Dania idem meminit rege beata suo.  
In qua Euangelijs nascentis semina primum  
Non paruo sparsit sacra labore suo  
Lustra fereq; senex sanctus ter quinq; peregit  
Quando anima ad cœli regna uocata uolat  
Quanta animi integritas fuerit probitasq; fidesq;  
Quantum doctrinæ cum pietate decus  
Illijs hoc semper post fata fatebitur ætas  
Si quis candor adhuc posteritatis erit  
Oderat ex animo causantes iurgia lites  
Et semper pacis mens studiosa fuit

Ingenij

Ingenij lux recta fuit, uerumq; colebat  
Pectore in ipsius non mica fraudis crat  
Iusticia nulli, nulli pietate secundus  
vitaq; non ulla labe notata fuit  
Vir sapiens, grauis, & doctus castusq; piusq;  
In quo simplicitas laude uehenda fuit  
Non læsit quenq;, non obtrectabat amicis  
Protulit ingenio scommata nulla suo  
Inuidiam magno contemnere corde solebat  
Norat & hanc animo dissimulare pio  
Hoc utinam faciat nunc emula turba gnatonum  
Qui de primatu turpia bella mouent  
Non illum tenuit dominandi sœua cupido  
Gloria nec stultis quæ solet esse comes  
O uenerande socer, pater ô Carissime, laudes  
Prælachrimis possum non memorare tuas  
Et tua si cupiam gratus benefacta referre  
Me facere hoc sineret non meus iste dolor  
Illa tamen medijs ita sunt mihi fixa medullis.  
Non horum ut semper non meminisse queam  
Illaq; non poterunt cari reticere nepotes.  
Filia de nobis quos tibi SARA tulit  
Forsitan at placidum turbant tibi carmina somnū  
Carmina mœsticie debita signa mœ  
His igitur finem licet ægré, impono querelis  
Molliter in Christo ut, quod facis, ipse cubes.

FINIS.

# EPITAPHIVM.

**O**ssa sub hoc tumulo Doctoris sunt Pomerani  
Condita, qui celebris Vir pictate fuit  
Bis tria lustra suo soliam perfecit in orbe  
Octoq; annorum præteriere dies,  
**L**eucoream quando hanc peregrinus uenit in Vrbē  
Arx quæ nascentis religionis erat,  
**A**t nunc grandeuus, multo fractusq; labore  
Absoluta uitæ fata suprema suæ.  
**Q**uando senex decies septem & tres uixerat annos  
Iamq; erat ingratum uiuere, dulce mori  
Debita si capiti est unquam reuerentia cano  
Ille senex certè dignus honore fuit.  
**M**agnanimus primū, Christo auxiliante, Lutherus  
Ausonij fregit uimq; dolumq; lupi  
**B**VGHHAGIVS mox se doctor Pomeranus ad illū  
Contulit, ut cœptum proucheretur opus.  
**L**ux Euangelij est terrarum sparsa per orbem  
Sedulus ut doctos scripsit uterq; libros  
Ceu David Ionatham fidum dilexit amicum,  
Sic fuit hos inter non simulatus amor.  
Sedibus æthercis uiuunt nunc ambo recepti  
Præmia quisq; suo & digna labore capiebā

FINIS

EPICEDION.  
Scriptum à Iohanne  
Cheffelio.

Ἐνθάδε τοιούτοις θανόντοις  
οἵμη πομεραναῖων παῖδες ἔτρεψε πολις.  
Ἐντὸς δὲ τῆς Βαλανίκης ὡκεανοῖο  
ἔιτε καὶ κέρται ἀνδράσσι σαξονικοῖς.  
Κεντὶς περὶ ἀρκτῶδης πρός ὀλύμπου ὑψοῦ ἀέρης  
χώρης κόσμου τῇλε φανερός εροτοῖς,  
ὅσας ἀρκιθέλωρ κουροῦ φόβος ἀιχμητάωρ,  
μήτηρ τὸς ἐγγένημαρ εὐσεβεωντὸς ἀγαθῆς.  
Τῆς δὲ ἀφαγῆς ἀπέβη ἐκ θυντῶρος φαίδημος ἀνήρ,  
ἄμμι λιπώρη ἄλγη, δάκρυα ιφέα σονάχας,  
ὅς τοι πρὶν υψηλῆς αὐτοῦ θηραῖς ἵλερ ἀπ' ἀρκτου,  
καὶ παρὰ γερμανοῖς λαμπρῷ δινῆψε σέλας  
οἰμον ἀλκηθείηστε μικαίοσύνηστε μιδάσκωρ,  
εἰς τὸν ἀποτρέψας τὰς μιαρὰς παρόμοιας  
πάντας ἔτι τὸ κρηνικὲς ἐλικωνὸς ἀγλαὸν υἷς ωρ.  
Μιτάρχες ἐπιερεψεσίω σόματι.  
Ηδελοντος δέ τοιούτοις πατήρ εἰς πότνια μήτηρ  
σωτῆρος γρατεῖς ἥεια λάτριην ἔμιλλ,  
ἥδε νεοπρεπίνεις οὐδὲν οὔρθοκέλευθον ὀνύσσαι,  
ἥδε μέλαι οὐρανίωρ τῇ ἀγέλῃ προβάτωρ.  
Ὕδε δέ οἱ ἀβρύδες ίουλος ὑπερῷος οὐρανίος  
πρωτόην τὴν τοιούτην τοιούτην τοιούτην

τοιούτην

οὐθις Δὲ τοῖς πάντας γρήσιμα καθηλαῖ μίδαχε  
δέιται

ἄνδρομέω κάρυους θεῖα λαῖδα μίδασκε βίψι  
κοσμῶν αὐτοῖς αἴσιος ἀπαλάς φρένας ἔπεστι κεδνοῖς,  
ταῦτοις τὸν ἄρεταῖς, ὡφελίμοις περὶ λόγοις,  
αὐτὸς ἐών ἀγαθος γωνία παράδημα φασινῆς,  
ταῦτας οὐδὲν ὅρνται γνώμονος εὐπάτορος:  
ἀκμάσας μέτ' ἐπειδύαθούς εἰς ἀνδρας ἐγράφη,  
ἔργον τῷ προτέρῳ βέλτιον ἔξετελε,  
λουτῆρ τῷ εὐαγγελίου μόνος ἔπειδα φωνὴν  
κηρύσσειν γλώσσαν ἤρξατο θαρσαλέη.

Διῆτα δὲ εὐφρονέων τομερανος τότε νόκτεν,  
καὶ αὐτοῖς τερούντα ρήματα κρυπτὰ δεῖ  
(κοσμος ἀεικελίας τόπε γαρ σερῆστην εἰδέτο  
ἀγνοίας σκολιῆς λευγαλέατ' ἐρέθεις),  
ἤρξενα οὐδεὶς ἐπευξάμψιος τὸ ἀλκηθές ἐπάντει  
οὐφθαλμούς συγιούντος βορβόρου ἐξερύσας:  
ἵλλε μὲν μεῖρας ήρως λουτῆρι ἀρωγός οὐκέτι,  
ὡφελίμως γειτώνας πονησάμψιος,  
ἐξηγκσάμψιος μαθίδεω βιβλον ἀνακτός,  
ἵδε προφητάων πάντοτε μαντοσύνας,  
ὅρνοτομῶν σοφίην θεῖον οὐρανόμεντον, ἀπὸ δὲ ρήματος  
ἥμιν τατρός ἐκ κόλπου ὑπόδηνεγκελόγος,  
εὐανδέουστε σοφισόμαντος, οἵπορ φιλέουσιν  
ἐκ μιαρῶν τομάτων ἀσυλα ρήματα ἀγριοί,  
δειναὶ βέλη νευρᾶς ἀπὸ ὧν ἐχεπευκέτεντες,  
ἢ πανατηφόρος οφές, φάρμακος ἐρευγόμανα.  
πνευματικοί

πινευματικῷ ἐν νίκησε ξίφῳ, καὶ μὲν κεραυνῷ  
τόσοδε βάλει χαμάδης ῥήματος ὄυρανίου,  
ζλκιμορύῳ ἀντὶ ἐνī σκιοτῆς μάχεσθαι  
ἄνδρι ἀφόβῳ κραδίῃ μυστενέοις γρεώμ.  
τὸν γενέας τὸν γενέας ἐλει περὶ ἐν χρόνῳ  
ἐν δραῦλας σεμνῇ πληνεῖ πινευματικῷ.  
λευκορέους πιστῶς δὲ γνὶ τάσσι μάλιστα κυνέγνων  
οὐχθαῖς πᾶρα ποταμῷ ἀλείθωρον ἀνίσταις,  
δέ αγαγὼν οἰας χλοερᾶς ἀντὶ τέμπεα πόλιμνης  
ποταμοῖς ἀμβρυοστίκης ὄυρανίοιο φέρων  
ἴδιλλος μηλοβοτήρ, ὑπάτου τῷ ποιμίνῳ ἀυλῆς  
τῷ καὶ γριαστεβέῃ πῶν μέμηλε φρεσίμε  
οὐδὲ οἴκοι μόνκη, αλλὰ τὸν Δανῶν βασιλείας,  
γῆστρι γνὶ συμπάσκει. Κρεονικῆς δαπέδῳ  
ἔνθα καὶ ἔνθα μολὼν περὶ ἐναγγελίοιο  
ἀυτὸς θεωρεσίκης απέργε μιδασκαλίκη.  
οὐ μὴν ἀνιδρωτὶ τελέσας τί που, οὐδὲ ἀμογῆτι,  
αλλὰ τὸν ὑψίσου πᾶμα χάρις δέπι παῦσός.  
μυστεβῆς εἰδώλων κρατερῶς κατέαξε κάρκνα,  
καὶ ἀπάτας σατανᾶς ὠλεσε φυδόλογον.  
ἐνσεβέεσιδι, αεὶ εἰμαρμένοις ἀνδράσιμοι δέπι  
γῆς ἀντὶ γριαστεβέῃ γῶσιμοι γνὶ ἐνσεβίη  
γριαστὸν μετέρου μεσίτασι μετ' ἵχρια βούνφη,  
κεῖσθεντι γνὶ κακίαις ἀνάπε πολλὰ παθήμ,  
τὸν γενέας μυστενέων ἀδίκος πάθε πολλάκι σκέψει,  
γριαστὸν μοστὶ ταυρόν ἀειράμβην ωρον.

ΕΣ

ΕΙΓΔΗ

Εἰς δὲ στέρη πιστήν οὐκέ ταῦτα μετάνια  
βωμολόχων αὐτοῖς φέντες οὐκ ἀλέγων,  
καὶ μοκιμαθεῖσι σοι, ὃς γρυσός ἀπεφθόει, ἔμωμος  
ἔνρεθη, ἀλλί τοι οὐκέ τάξει πιστός οὐκέ  
εἰς καὶ επισαμμίων; Καὶ καρτορός οὐδὲ σεφανίτης  
οὐδὲ σαδίψ μακράμην οὐκέτε ατραπίτομ.  
τῶντος διατρίπτειος τυμβῷ κόνις ἐκτερεῖσθι,  
δέκι δὲ σκύληξιμ σῶμα νεκρόμ μαπάνη.  
ψυχή δὲ γριτώ πισυνή τύκταστε οὐκέ οὐκαρέ.  
πρόσθε διεῖ μακάρων τοῖς μιοπαντοῖς οἶτι.  
κάθισται μικαίοσυνης ὅπε σέμμα ἀμαρτινόμ εἴσει  
καίρυει τοῦ νεκύων οὐράς ἀνασάσεως,  
πάροιος οὐδὲ μόχηνων πολὺ τίμιον αὔστησ αμοιβήμ  
δώσει οὖναξ, ἀγαθηῖνος γριτός αεθλονέτης.  
εὐδέλιον ακλαυτεῖ πομεράντοράμην οὐλεστρομ.  
οἷς οὐδὲ ελεύσομένου πένθεθε αγγελίη,  
εκλαστού οὐκετέρων ποιμῆνος καὶ επίσκοπε φυχῶν  
ἴλαντι λιασομένοις, οἴλαθι καστηλαῖ μίσου.  
εἰς μροσερούς λειμῶνας ἄγοις σεο μῆλα φυλασσοῦσι  
χέας χάριτος τερπνοτάτην κύλικα. (σωμ  
πιος) ισθι φύλαξ Τάδε μὴ λύκος ἀρπαγῇ λαίμῳ  
καπτίνωμοφάγος μηδὲ μιασκεδάσῃ,  
οὐδὲ πισους μετέπειτα λόγου οὐκέτιος οὐπασορούς  
γριτέοις, οὐδὲ οὐμεῖ, καί μεοσης αγέλης.

τέλος.







✓Ka 4060 Ac

Pou 2a 4360,00

**ULB Halle**  
004 830 903

3





## Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

